



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Regulae Cancellariae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

in const. patiarum, num: 66, in octava fallent.

Secundò, an in crimine hæresis de-
tur remissio? Respondetur ex Cov.
pract: q. c. 11, n. 12, circa ultimum, quòd
sic, quando petitur remissio à iudice
delicti, vel originis, *gl. in c. ut commissi,*
de hæret: lib: 6.

REGULÆ CANCELLARIÆ.

Dubitari solet, quando incipiant
obligare Regulæ Cancellariæ,
verbi gratia, mortuo Papa, dicit com-
munis sententia plurimorum Docto-
rum. Regulas Cancellariæ spirare, et
tunc reservationes, quousque suc-
cessor faciet alias regulas. Dubitatur,
inquam. Creatur prima die Martii, de-
inde die decima tacit regulas, postmo-
dum die quintadecima eas publicat, à
quo die incipit incurere reservatio?
Respondetur, quòd incipit in causa ca-
nonicatus, & præbendæ, & *Gem. conf: 92, col: 2,* dicit, quòd à die publicatio-
nis, *Aneas verò tract: de reser: 4, p. princ: effect: 21,* dicit, quòd à die editionis, &
citatur *Gl. in proem: reg: tamen ego cen-
seo cum Gem: ratio est vulgatissima,*
legem incipere obligare à die promul-
gationis, quæ est causa formalis legis
sancitæ, *Sot. l: 1, q: 1, ar: 4, de just: & jur: D. Th. q: 99, & habetur in c. 1, & ibi gl. in ver: publicè, de postul: præl: & Gom: q: 2, in ver: Cancell: f: 8, col: 2, Sylve. in ver: lex. §. 6. Rom: sing: 286. Foller. in Addit: ad Maran: 4, p. dist: 4, num: 61. & ipsemet Aneas loc: cit: concordando, dicit, quòd quoad penam non ligant, nisi*

post publicationem, quoad collatio-
nem à die editionis: ego verò quoad
utrumque à die promulgationis, bene-
verum est, quòd sufficit publicatio fa-
cta Romæ, & nota hunc casum pro pra-
ctica quotidiana, quia potest accidere
vacatio alicujus beneficii à die obitus
Papæ usque ad promulgationem regu-
larum, & de eo poterit Episcopus di-
sponere, quia tunc non currit alterna-
tiva, nec reservatio, prout inferius a-
bundantius, *in ver. reservatio, c. in istis, §. leges, 4, distinct.*

RESIDENTIA.

Primò, quòd aliquod beneficium
requirat residentiam, quando tem-
pore potest præscribi?

Respondetur, pro spatio quadragin-
ta annorum.

Secundò, de residentia Episcopo-
rum, licet dictum sit sup. quorum cau-
sa ad Metropolitanum, & ad Nuntium
Apostolicum spectat: est etiam notan-
dum, quod dicit Azo. *in Sum. l. 7. de E-
pis. & cler. rub. 6.* quod Episcopi quando
recedunt à suis Ecclesiis debent habe-
re literas suorum Metropolitanorum,
vel Patriarcharum, vel Imperatoris,
quod vix hodie observat, & annuit
Sac. Conc. Trid. *sess. 6, ca. 1, de resor. & sess. 23, cap. 2, de resor.*

Tertiò, absentia causa quam sine
potissimè, vide Azo. *in Sum. lib. 2, Codi-
cis, rub. 49.* & licet loquatur de militi-
bus, tamen valet argumentum ad
militiam ecclesiasticam, prout pa-
tet *vulgatis*, facit pro Conc. Trid.
sess.